



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

illa utriusque Iurisdictionis leſione: nihilque prohibet, plures eiusdem delicti reos accusari coram diversis iudicibus, & alios quidem condemnari uno modō, alios ad alii modū iudicari, quia diuersa potest esse eorum cauſa, & dispar ratio defensionis, ut notat Couar. & Crauet loc. cit.

2. Limita tamen, quando Iudex Ecclesiasticus praeuenerit in captura laicorum, qui vna cum Clerico deliquerunt: tunc enim potest eos punire, ut d. Farinac. in Prax. to. 1. q. 8. num. 151. in fin. Bardiad. ad Ciar. §. fin. q. 36. num. 50. Sperell. dec. 4. nu. 10. Dian. p. 4. tr. 1. ref. 7. nisi forte ageretur de criminе, quod pœna sanguinis puniendum esset: tunc enim laici remittendi sunt ad iudicem secularem. Ricc. in Prax. Remiss. Delinquent. q. 42. nu. 18. quod videtur probari ex cap. in Archiepiscopatu de Raptor.

3. Dicitur autem facta præuentio, non tantum si reus captus fuerit de mandato Iudicis cap. penult. de for. compet. Grammat. decif. 30. n. 6. & 9. Decian. tract. crimin. to. 1. lib. 4. cap. 20. nu. 3. sed etiam si Iudex fecit alicui præceptum de non discedendo de aliquo loco, ut dicunt DD. quos refert, & sequitur Bellett. tit. de fauor. Cleric. real. §. 4. circa princip. vii idem dicit, quando reus sponte se constituit, putasi ab vnoludice citatus noluit corā eo, sed corā altero comparere, cum ex eo dicatur executio personalis; sed cōtraria sententia videtur probabilior, præferim si id fiat ad effugiendū atrius

iudiciū, ita Boff. in tit. de for. cōpet: n. 98. Farinac. conf. 134. n. 2. vol. 2.

S V M M A R I V M.

1. Iniuste carcerati licite possunt aufugere.
2. Qualiter puniantur aufugientes e carceribus, quando iuste detinentur.
3. Eximens aliquem de manib[us] familie qua pœna plectendus sit.
4. Cardinales S.R.E. quando possint reum ab ultimo supplicio liberare.

C A P. XLI.

De pœna frangentium Carceres, vel inde fugientium.



Ic non loquimur de iniuste carceratis, qui licite possunt aufugere, etiam cum fractione carceris, ut est communis DD. sententia, neque tenentur redire ad carceres, etiā si iurassent, se reddituros, ut d. glof. comm. recepta in Clem. pastoralis ver. per violentam de sent. & re Iud.

2. Supposito igitur, quod carceratio sit iusta, queritur, qua pœna huiusmodi rei puniatur? Resp. quod si huiusmodi carcerati cōspirauerint de frangendo, & aufugiendo re adhuc non deducta ad effectum, tunc habentur pro confessis, & coniunctis ita, ut possint de iuriis rigore condemnari in pœnā ordinariam illius delicti, de quo imputabantur secundum glof. & DD. in l. in eos ff. de custod. & exhib.